UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

58. Dom. 25. post Trinit. de abom. desolation. Matth. 24.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

rus, ſed vt clemens Pater peccatorem humilem & compunctum recipiat. Deinde vt nouum ſolatium illi afferret, intelligeretque ipſa ſe etiam ſpiritaliter in anima ſanatam; ideo enim vocat filiam.

DOMINICA XXV. POST TRINITATIS.

De abominatione deſolationis. Matth. 24.

Dixit Ieſus diſcipulis. Cum videritis abominationem in loco ſancto, tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes, & qui in tecto, non deſcendant: & qui in agro, non reuertantur tollere tunicam ſuam. Conſidera, nos hic doceri, quid agere debeamus, quãdo eſt talis deſolatio, hoc eſt, cũ ſacra negliguntur, imagines deiiciuntur, Miſſa aboletur, Catholici expelluntur, vt nunc fit toto fere Oriente, & magna parte Europæ. Primò enim qui in Iudæa ſunt, id eſt, conſtantes manent in cõfeſſione fidei Catholicæ debent fugere ad montes, id eſt, contemplari cœleſtia, & in bonis cœleſtibus ſpem ſuam figere. 2. manere in tecto, id eſt, omnia terrena calcare, & contemnere, nec ſolliciti eſſe de temporalibus, 3. ina-

gro manere, id eſt, in agro & vinea Domi[ni] excolenda perſiſtere, & alioquos ſaltem [ad] fidem conuertere.

2 *Væ prægnantibus & nutrientibus in i[llis] diebus. Orate autem ne fiat fuga veſtra hy[e]me vel ſabbatho. Erit tunc tribulatio magn[a] ſed breuiabuntur dies illi* Conſidera, qua[m] periculosè multi hoc tempore fideles, [qui] inter Turcas, vel hæreticos verſentur, ma[xi]mè qui infantulos nutriunt; id eſt, in fid[e] non ſunt fortes, vt pro Chriſto ferant lu[di]bria & verbera: quotidie enim videmu[s] quam multi eam ob rem leuiter deficiant. 2. orandũ eſſe ſæpe Deum, ne in iſto frigo[re] exercitiorũ pietatis, ieiuniorũ aliarũq; pœnitẽtiarũ, vel in Sabbatho, id eſt, negli[gen]ti frequentatione concionũ, & officio[rum] diuinorũ in templis, multi fugiant, & à vita ſancta deſiſtant. 3. conſidera, magni quide perſecutionẽ hactenus paſſam Ec[c]leſiã Catholicã. ſed ſperãdũ, nõ diu dura[tu]rã, ꝓpter electorũ preces & opera bona.

8. *Si quis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus, aut illic, in deſerto, vel penetralibus, nolite crede[re]. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vſque in occidentem, ita erit aduentus filij hominis.* Conſidera, hinc manifeſtum ſignũ dari Eccleſiæ hæreticæ, ſi in aliquo angu-

lo or-

lo orbis eſſe dicatur, vt in Germaniæ parte, vel Angliæ. ſordes enim ſunt in angulis. Catholica Eccleſia autem toto orbe ſpargi debet, & ſicut lumen, ab Oriente in Occidentem tendere. vnde & noſtro ſeculo, in vtraque India orientali & occidentali viget, vbi nullus eſt hæreticus. 2 Conſidera, aduentũ Chriſti ad iudiciũ ſubito futurũ, & ideo cõueniens eſſe, vt omnes vigilemus, (nihil enim illo eſt incertius) & in Eccleſia Catholica, ſanctaq; vita perſeueremus.

DOM. XXVI. POST TRINIT.

De extremo die iudicij. Matt. 25.

D*Ixit Ieſus diſcipulis. Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos, ſicut Paſtor ſegregat oues ab hœdis.* Conſidera in extremo die iudicij, præuio ſigno triumphali crucis, tubis clangentib. è cœlis proditurũ inter angelorũ exercitus filiũ Dei medium incredibili maieſtate fulgentẽ; tum ad magnã vocem. *Surgite mortui, venite ad iudicium*, reſurrectionem omnium ſecuturam. angeloſque ſeparaturos bonos, quorum ſplendida erũt corpora, à malis, quorum erunt obſcura & terra; his ad ſiniſtram, illis ad dextram

loca-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN